

171


Libri Georgicorum
Nic. de Lalle Impri Dantiscie
per J. Debbuda
1492

G

22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 22






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 22




~~1206~~

171.

G 22

CA 924



(10^o 10^o 2)

Liber georgicorum.

Nicolai de valle.

[Faint, mostly illegible text in a Gothic script, likely the beginning of the book's content.]

ewel

Pio. II. Pont. Max.
Nicolaus de valle.

Si vacat enea rerum dignissime p̄sul
Brataq; sint animo carmina nostra tuo.
Perlege que quondam dulci modulatus aagna
In latios ausus vertere gr̄ca modos.
Ascrei inspicias Himeracae erga poetę
Gr̄cia quo quondam floruit hesiodo.
Hęc fuerant. fateor. plectro meliore canenda
Hic opus ingenij quippe senilis erat.
At quia non nullos tam magna superbia vates
Elevat. vt nullo gr̄ca in honore putent.
Sum tamen hoc ausus bis septem z quattuor anni
Dum mea labuntur lustra trahente dea.
Sumpsimus z tenuos gr̄corum e fontibus haustus.
Dixta q; cum gr̄co lingua latina fuit
Quicquid id est ad te vatum clarissime vates
Dittimus es. clario non. minor ipse deo.
Suscipe et hesiodum placido complectere vultu
Hic quoq; iudicio stetq; cadatq; tuo.



¶ Hesiodi poetę Erga kaehimerę. i. opera et dies ge/
orgicon. liber p. Nicolaũ de valle e greco conuersus.

p Jerides musę quarum viget inclęta cantu
Fama ducum: z vestri decus immortalę parentis

Dicite cur hominum pars hęc sine nomine vitam

Ducat: z illius cur fama gterna per altum

Euolet: hęc iouis est magni diuina voluntas

Ille etenim altitonans summi regnator olympi

Excitat imbelles animos. z fortia corda

Debilitat. duce quo fortuna inimica superbos

Deprimit: atq; humiles clarum super ethera tollit.

Tum mala mens hominis meliorem inclinat ad vsu

Et capiunt molles crudelia pectora cultus.

Exaudi qui cuncta polo specularis ab alto,

Lui nihil ignotum est. sanctissima dirige iura

Justicie: liceatq; mihi fraterna monere

Pectora. z ignotos viuendi ostendere mores

Sunt gemine in terris quibus altercantur in vnum

Mortales cause. varia q̄ mente trahuntur.

Una quidem studium laudabile sedula curat.

Altera crudeli rerum depascitur haustu.

Bella cupit. pugneq; exercet iniqua tumultus.

Inuisum atq; atrox pestis genus. hanc tamen ipsi

Mortales fugiunt: tandemq; volentibus hanc. dijs

Exoptant. nequeuntq; huius cohibere furores.

Illam autem prius obscure genuere tenebre

Sed fato meliore. pater saturnius illam

Et generi humano z terre radicibus imis

Imposuit. segnes artus z inertia corda

Excitat. alter enim segnis cui vita manebat.
Alterius spectans cumulos mora nulla bouesq;
Jungit et impresso terram diuertit aratro
Siue domum curat: siue inserit alter ad artes:
Vicinum vicinus agit. laudabilis hęc est
Pugnandi ratio. fugienda sed altera. sub qua
Inuidet aut figulus figulo vel egenus egeno
Siue faber fabro. dulcisq; poeta poetę
Hęc mea dicta p̄cor toto cape pectore perse
Nec te crebra foro speculantes iurgia vulgi
Auocet a studijs pugnandi inimica voluntas
Nemo forum sequitur. quem non fouet ānua messis
Et bene clausa domi cereris gratissima dona
Hęc q̄renda prius de hinc si vacat i pete vulgus
Et fora in alterius rebus certamina pone.
At non illud ages iterum germane. quod olim
Ausus es inflix. litem hanc data iura resoluent.
Scis quondam inter nos prima est partita facultas
At tu nil iusta multum plus parte verens
Tecum efferre rapax. corruptus munere iudex
Ille tuo est. sub quo tota hęc sententia pendet.
Ignarus. non nouit enim q̄s dulcius: aut q̄s
Sit medium toto. melius. seu viuere malua
Utilius. quantum dulci seu viuere porro:
Nos veterum victus occultauere superni
Inq; polo retinent cęlestes. tempore quorum
Sat fuit vna dies tenui exercenda labore
Vna quiescenti tibi de hinc alimenta parabat
Annua. tunc poteras t̄monis roboza fumo

Exploranda dare. et nulli iuga curua premabant
Terga bouum. nullum hemionos sensere laborem.
Hos voluit faciles viuendi abscondere mores
Ira iouis. cum se deceptum fraude promethei
Sensit et illius causa mortalibus auxit
Luraram moles subreptumq; abdidit ignem.
Reddidit hunc iterum terris curuaq; latentem
Subripuit ferula cauto puer ille tonanti
Iapetionides. iacto qui fulmine gaudet
Lusit fraude sua. subitam tamen arsit in iram
Hec pater effatus nubis collector aquosq;
Iapetionide cuius prudentia cunctos
Consilio excellet magnum spreuisse tonantem
Arte tua gaudesq; dato mortalib; igne.
Deu nociture tibi generi nociture futuro.
Tale mali genus excutiam quo pectore toto
Exultent homines cupidi sua damna ministrent.
Subrisit fatus diuū pater atq; hominū rex
Vulcanum aspiciens atq; illi talia mandat
Vade celer speciem e terra mixtoq; liquore
Confice mortalem cui vocem ⁊ robor a iunge.
Sitq; ea virgineq; celestis imago puellę.
Quam sibi quisq; velit. dea quā doctissima pallas
Instruat: ⁊ varias pcurrere pectine telas
Adificiat capiti facilem venus aurea formam
Luret vt assidua stimulata cupidine corpus.
Fallaceinq; addat mentem ⁊ fallacia verba
Interpres superum victor cyllenius argi
Dixerat. imperio iouis annuit equa voluntas

a iiij

Edicolum: exemplis fingis vulcanepuellam
Virginis ora deę similem. quam glauca minerva
Linxit. 7 ex omni fulgentem parte poliuit.
Huic etiam charites. etiam celeberrima pitho
Aurea candenti posuere monilia collo.
Effusęq; comas horę de flore coronam
Vernali tribuere deę. tamen attica pallas
Illam pęcipuo formę decorauit honore:
Et superum interpres victor cyllenius argi
Fallacem attribuit mentem et fallacia verba.
Sic pater altitonans diuino iusserat ore.
Quando quidem dederat sua munera quisq; deorum
Mercurius merito pädoram nomine dixit.
Exitiale malum mortalibus 7 fera pestis.
Postq; aut tantos confecit iuppiter astus
Mercurium ad magnum iubet ire epimethea. dono
Lui ferat hanc. qui nil veritus pcepta promethei
Levit. et accepto nouit sua damna epimetheus.
Nam prius humano generi secura manebant
Tempora nulla mali species aut cura laboris
Horborumq; genus. tristem qui funeris atri
Corripuerę viam. quibus omnis frangitur etas
Vincerę dulce fuit. quadam sed tegmen ab vna
Dum pandora leuat. totum exiliere p orbem
Lurarum infestę effigies. spes sola remansit
Intus 7 elabris imo sub parte resedit.
Obstitit impositum nam tegmen abire volenti.
Sic qui fulmen ait nubis collector aquosę
Iusserat. innumeręq; etiam mortale vagantur

Per genus infanda spes. quibus æquor. et omnia
Terra infecta tumet. morbi noctesq; diesq;
Sponte sua sine voce ruunt. nãq; ab ioue summo
Ablata est illis q̄cunq; potentia fandi.
Sic impune parens offenditur ille deoz.
Si vacat o frater si non audire recuses
Ordine plura canam. genus immortale creatum
Ac mortale simul credendum est. aurea primum
Secula dii superi totum sparsere p orbem
Tempore quo cędi imperium saturnus habebat:
Tunc homines diuum viuebant more. nec illos
Anxia curarum moles operumq; labores
Lassabant. aberat tristi cum mente senectus.
Semp̄ z in valido regnabant corpore vires.
Nulla mali labes. cõuiuia læta placebant
Dors similis somno fuit. atq; vberima tellus
Omnia liberius nullo cogente ferebat
In cõmune bonũ. nec quisq; inuidit habenti
Quam feliç etas. erat omnibus vna voluntas
Et taciti lætos soluebant pectora in vsus.
Aurea postq; hominum paulatim defuit etas
His pater altitonans meritos adiunxit honores.
Sub terris habitare dedit. qui numina facti
Et genus humanum sanctę quoq; iura tuentur
Justicię. tenebris circũfusi q; pagrant
Terrarum fines. z opes mortalibus augent
Proxima successit terris argentea proles
Auro deterior sensuq; z morib; impar
Tunc sibi quisq; suę fecere sub vbera matris
Ocia mortales. paulatim adoleuit in annos

Ingenū rude principium quo decolor etas
In proprijs etiam laribus rude pectus agebat.
Aucta tamen postq̄ ad summū puenerat etas
Uinendi breuius spacium fuit anxius ardor
Lurarum incumbens aderat. quas improba mentis
Baudia fecerunt. alterna iniuria nunq̄
Destitit. ⁊ nulla in superos reuerentia nullos
Sacrorum ritus etas argentea vidit.
Hanc deus extinxit meritam flammatus in iram
Postq̄ hominum occuluit argentea secula tellus
Non tamen illorum sine nomine vita recessit.
Sub terrisq̄ dei sedes coluere secundas.
Tercia post illam successit aenea proles
At nihil argento similis dryadumq̄ creata
Sanguine dura quidem robustaq̄ pectora tendens
Lota feri misero martis feruebat amore.
Nulla quies illi. nullum ius. durior etas
Ipso adamante fuit vultu metuenda superbi.
Lui nunq̄ inuictum robur fortesq̄ lacerti
Defuerant humeris. tunc grea tela domusq̄
Omnis in ere labor. non ferri emerferat vsus.
Hec autem pprio proles consumpta furore
Ad gelidi loca nigra ditis sine honore recessit.
Et q̄q̄ extiterit inuicto robore ab atra
Morte tamen victa est solis lumenq̄ reliquit.
Postq̄ autem occulta est ⁊ aenea corruit etas
Quarta fuit sololes melior cui plurima toto
Iusticie herebant animo p̄cepta verendę.
Diuinū genus heroum primumq̄ vocari

Semidei immensos illi potuere per orbes.
Nos insanus amor martis bellique nefandi
Ardoz. a genozide septem prope magna cadmi
Edipode imperij causa consumpsit. et alti
Nos maris vndisonij fluctus. cum pargama classes
Argolice peterent. vbi pallida mortis imago
Desup incubuit. dum iusto vlciscitur ense
Tindaris. hos etiam toto diuisit ab orbe
Iuppiter. et vite meliorem tradidit vsum.
Elysiisque dedit colles habitare profundi
Litus ad oceani. felix et sancto propago
Hic vbi vernat humus. vbi dulcia poma quotannis
Ter gremio effundit nutritque vberima tellus
Ostendunt non me quinta cum stirpe creassent
Fata. sed ante mori seu post licuisset oziri
Ferre nunc etas. quam cure et mille labores
Noctedieque premunt. paulatimque illius instant
Exitio. sic dñs placitum. sed prospera tanto
Fata etiam venient aliquando in turbine rerum
Nec minus hec infanda hominum delebitur etas
Cum matura annis illorum tempora cani.
Inficient crines natis nec vt ante parentes
Nec patribus nati similes nec hospite tutus
Hospes erit. sanctum corumpent sedus amici
Et furet arma ciens inter discordia fratres.
Viuet honoris inops hominum properata senectus
Nec pudor effractus senio obiurgare parentes.
Indixit soboles. legem et precepta deorum
Nescit. et inualido non hec alimenta parenti

Iusta suo reddet. quid enim q̄ iniqua rapaces
Appetet vsq; manus vrbesq; z m̄gna narrem
Alterna deleta manu. iurata q; fallent
Flumina iusticię nulli tribuentur honores.
Pulsa gemet bonitas. illum venerabitur orbis
Lui mala mens suadet fera crimina tota iacebit.
Tota quid em orbato tecum reuerentia vultu
O dea iusticię. soboles en improba ledet
Si probus vllus erit. quem contra insurget iniqua
Uoce furens factum affirmans. altrixq; maloz
Inuidia incedet fatali turbida vultu.
Protinus humanas sedes astrea relinquet
Diua suos pariter tendet reuerentia cursus
Ad superos nitido velataq; corpus amictu.
Mille recedentes ille mortalibus egris
Non cessanda tamen rerum mala semina linquent
At nunc te moneam q̄q; sapis omnia iudex
His intende animum. sed quid iuuat ista monere
Stultus maiori quicunq; resistere temptat
Vincitur: et magno penas subit inde pudore
Sic ego sum tanq; volucris quam prenderit astur
Pręsaq; sublimes agitur philomena per auras
Nec dolet infelix vnguĩ trãssixa recuruo
Quam contra horribili raptor sic intonat ore.
Quid misera exclamas. te multum fortior astur
Te premit huc adsis quo te meus egerit ardor.
Et q̄q; bene suaue canas mibi c̄gna futura es
Sic lubet aut dimissa iterum remeabis in auras.
Sic fatus tacuit pennatus z impiger astur.

Tu modo iusticiam cole. nulla iniuria perse
Tecum habitet. fatale gerit secum illa nec illam
Nullus amat. nisi mens cui vilis et improba surgit
Vir bonus hanc inferre timet siq̄ intulit acti
Penitet. et magno contristat corda dolore.
Est via iusticię melior: qua vincitur omnis.
Omnis ad extremum veniens iniurius ardoz
Quid dicam q̄ nunq̄s aliquid dementia noscit
Hi modo passa prius. si qui male iura ministrat
Peierat et tandem dementi panditur error.
Eripe iusticiam corruptus munere iudex
Ius violat. dolet hęc et nulli visa per urbem
Tristis it et lachrymas pgnam mortalibus orat
Qui violant iura et recti sacra fędera rumpunt
Verum ubi iusticię sancti seruantur honores
Judicioq̄ pares et cuius et aduena pendent
Urbs viget: augetur soboles: pax leta vagatur:
Pax iuuenum nutrit. nunq̄s his fatalia bella
Preparat: altitonans nullis in rebus egestas
Imminet. in quęq̄ nulla est offensio. dulci
Quos iuuat interdum genio alleviare labores
Terra quibus large fundit sua semina et alte
Montibus innate mittunt sua munera quercus
Blandifere in summo. media tamen arbore mustant
Undiq̄ apum ingentes acies. vestem qz ministrant
Lanigere pecudes. per se magis omnia florent.
Non his externas merces vebit ardua puppis.
Omnia dat tellus. quid enim q̄ iuncta marito
Et patribus similes emittit semina partus.

Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris.
Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis.
Sepe subit penas plebs tota miserima tantum
Unius ob noxam. pestis furit atra p̄ urbem
Et male suada fames paulatim deficit omne
Vulgus et euacuos ostendunt tecta penates
Femina nulla parit. sic seuit iuppiter. erga
Quos malefacta iuuant. qui si modo forte cruentum
Viliciz exerceat studium. mora nulla sinistro
Parte cadunt. vel si potius iuuat ire p̄ altum
Illorum in medio submergitur obruta puppis.
Vos igitur qui iura datis conuertite mentem
Ad tales hominum penas. diuina potestas
Mortales circūuolitans videt improba quorum
Iudicia emergunt multorum in damna deumq̄
Ignorant monitus. genus hi mortale perrant
Innumeri tenebris circūfusi q̄ tuentur
Iusticiz sacra iura domant genus omne malorum.
Illa quidem virgo est supero ioue nata parente
Nomine clara suo cętuq̄ verenda deorum
Quam si quis violet lachrymans sua fata parentes
It iouis ante pedes ⁊ lamentabile fundens
Humanos queritur mores ac debita poscit
Supplicia in p̄p̄os. tu iudex causa malorum
Qui violas sacra iura deę. iam dirige mentem.
Ius cole. in alterius te nulla pecunia vertat
Damna. nocet sibi qui cuiq̄ nocet. et male suadet
Ille sibi in quenq̄ si quis male iura ministrat.
Luncta videt pater omnipotens: ⁊ quod mihi tecum est

Di uideꝛ modo si lubeat speculatur ab alto
Nil latet hunc. aut hoc quales tribuantur honores
Iusticię in p̃plo. quam non ego pectore toto
Nec mea p̃genies coleret postq̃ orbe sub isto
Sp̃reta iacet bonitas et ius iniuria vincit
Inuito ioueni fierent. hęc accipe frater
Nęc animo meditare iniustum pone furorem
Ius quoq̃ frater ama. sine quo genus omne ferarum
Credimus alterno certatim corpore pasci
At nos instituit vitę melioris origo
Iura dedit pater omnipotens. ea pectore toto
Si quis habet. decus ęternum pia p̃mia reddet
Iuppiter affligit si quis pro teste vocatus
Peierat. ac merito pensatur culpa nocentis
Supplicio. offendens ius ille offenditur vna.
Ex quo obscura quidem nulli quoq̃ cognita surget
Posteritas. iusto de sanguine nata p̃pago
Elara caput tollet patrio seruata decore
Nęc quoq̃ que referam stultissime concipe frater
Quam facile innumeras vicioꝝ ampleximur artes
Haud p̃cul illa habitant. breuis est via qua sit eundum
Est via virtutis contraria. sudor anhelus
Hanc sequitur. que se scopulosis ardua cliuis
In longum prumpit iter. riget aspera primo
Ingressus leuis est postq̃ alta cacumina tanges
Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro
Prospiciens reruz fines meliora sequutus
Dignū laude virum parentem recta monenti
Credimus. ille tamen sibi qui non cōsultat: aut qui
Alterius p̃cepta fugit vir inutilis extrat

Ergo age frater ades generoso e sanguine perſe
Hec fuge fraternos monitus. operare laborem.
Inuideat tibi dira fames. ſpicaq; recenti
Alma ceres ornata caput ſua dona miniſtret.
Sic tibi plena domus. ſegnem crudelis egeſtas
Opprimit. hunc homines odio ſuperiq; ſequuntur
Torpenti ſimilem fūco. cui ſpicula ſurgunt
Horrida. diſtenſumq; fauis conſumit edendo
Semen apū. piger ipſe ſedet. vitatq; laborem
Tu modo curam operi q̄ſtum poteſ adijce frater.
Horrea ſic rumpunt meſſes ſic copia rerum.
Sic pecus augetur. ſic tu mortalibus aut dijs
Brutus eris. ſegnes animos ⁊ inertia corda
Oderunt. operi laus eſt imponere curam
Turpe ſed huic phibere manus. incumbelabori
Forſitan ad ſtudioſum torpenti pectora vertes
Dum partas oſtendis opes. virtutis adeptus
Nomen ⁊ eternum laudis decus. vtere queſo
Arte. para victum. violare aliena nefandum eſt:
Fac ſuperis equandus eas. incumbelabori.
Hec pudeat. pudor hic multos inhoneſtus egentes
Secum habet auget opes fiducia. q̄ melior res
A ſuperis non vi. prob rerum inſana cupido.
Prob animis inſuſa lucis. iam nulla pudoris
Lura iacet paſſim longe poſt terga relictus.
Tu coleris duce te paulatim corruit ille
Dijs inuiſus homo. cui mens intenta rapinis
Inuigilat. neq; enim ſemper felicia durant.
Hec minus omnipotens p̄gnis affligit eiſdem
Qui ſeruum offendit. vel qui ſanctiſſima frangit

Fœdera amicitie. seu qui cum coniuge fratris
Non pauer infandos coitus fraternus adulter
Vel qui in pupillos audet vim ferre nefandam
Vel qui in longeva confectum etate parentem
Horribili voce insurgit. virq; abstinet illi
Verbera. non impune tamen. stat pœna nocenti
Post obitum. depone igitur tam falsa superbe
Dentis consilia. et melioribus vtere queso.
Ture pio venerare deos. his tempore in omni
Et munde z pure liba cum clara nitescet
Soledies. aut cum nox circūfusa tenebris
Abscondet terras casto torrenda sub igne
Hostia mactetur. hymnos cane. tura ministra
Ut tibi dī faueant immensaq; copia rerum
Hinc tibi nascatur. multis vt egentib; ipse
Subuenias non vt viuas germanerapinis.
Conuiuas inter si vis discumbere. amicus
Non hostis veniat primum vicinia. nam si
Aduersum quicq; acciderit de more repente
Primum illa accurret. que si sine vestibus esset
Fluda etiam veniet. quod non tibi sanguine iunctus
Nonaget. iste sibi vestes atq; omnia ponet.
Improba damnosa est vicinia. sed proba si sit
Utilis. hęc igitur cupienda est pectore toto
Tanq; laudis opus. neq; enim lamenta refundes
Amisisse bouem. proba si vicinia tecum est.
Acceptum metire z eodem ponderere rōde
Vicino tibi vt hic iterum succurrat egenti.
Res male parta mala est damnosaq;. semper ab illa
Ergo caue. nec te vincant in amore sodales

Illum adeas qui te. fac mutua munera reddas
Sponte datum capias. scelus est letale rapina.
Quicumq; et si magnum aliquid largitur amico
Letatur. quicumq; iacit de fronte pudorem
Et rapit alterius q̄c̄q; intima turbat amici
Visceraq; et mentem cui vis illata rapine.
Adde parum paruo: paruo sup adde pusillum
Fiet et hoc magnum. infelix pelletur egestas.
Si modo rem cumules. homine nec ledit habere
Luncta domi. nocet esse foris. q̄ dulce bonumq;
Præsens accipere atq; absente carere molestum est
Tunc bene potandum cum plena effundit ab aluo
Uina cadus. tunc parcus eris cum parte lyeus
Defluit e media. sed cum declinat ad imum
Spumantes iterum cyatos ⁊ pocula sume.
Quicquid polliciar homini seruetur amico.
Si quicq; cum fratre tibi est testem adijce rebus
Subridens. nocuit non credere. credere semper
Ne ve tuam alliciat meretrix caue fgm̄ina mentem.
Rem totam vorat illa nimis dum blanda videtur
Deu q̄ damnosum est mulieri fidere cuiq;
Rem patris acceptam melius fouet vnicus heres
Auget et hanc. at tu plures in morte relinque
Ex te ortos. nam plura pater saturnius illis
Attribuet. sed te si cecus tangit habendi
Ardor adhuc. fragilisq; placet tibi gloria rerum
Nec age que moneam et varios operare labores

Liber secundus de agricultura.

Um cdo emergunt sublimi ab ath lantide natę
Pleiades truncanda ceres. morientibus illis

Ditte in aratra boues. latitare ea sidera dicunt
Viginti totidemq; dies. annoq; voluto
Apparent iterum. maturam incidere messem
Rurfus et incipiunt dentata falce coloni
Hanc legem agricolae atq; habitantes littora seruant
Aut qui pingue solum vallosaq; tecta tenerent.
Nudus ara. nudusq; sere z mete corpore nudo
Si tempestiuos agroꝝ ducere cultus
Augeriq; illos magnis successibus optas
Ne ve aliena roges interdum paup egenus.
Qd si ad nos supplex iterum fortasse redibis
Non iterum dabimns. iuuet exercere labores
Improbe quos inter mortales diua potestas
Sortita est ne tristis inops cum coniuge mesta
Aut cum natoꝝum misera comitante caterua
Victum a vicino rogitas. dare negligit iste.
Bis seu ter fortasse dabit. debinc si petis vltra
Proficies nihil: at tu plurima verba refundes
Orabisq; iterum frustra tamen. artibus vt te
Jam pridem admonui inuigila atq; incūbelobori.
Dira fames procul hinc abeat. tua debita solue.
In primis tibi conde domum ꝑcioq; ministram
Debinc eme. quam posses custodem adiūgere bobus.
Pone domi quantum toto. tibi sufficit anno
In rebus spes est alienis irrita. nam si
Hic dare forte neget. tu semp paup egebis.
Tempora labuntur operum quoq; deficit vsus
Et cras rem differre nocet. nunq; horrea nunq;
Implet iners. aut qui tempus producit. habenda est
Lura operi. turgescit opus. mala mille molestant

b iij

Affligunt hominem . cui segne ⁊ inutile corpus
Cum bene se posuit rapidi vis ignea phœbi
Ac pater omnipotens secundis imbribus æther
Defilit in terras ⁊ languida membra resumunt
Jam pridem aristas æstiuo in tempore vires.
Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto
Arde nocte magis currus exercet agendo.
Tunc operum multo ante memor discinde securi
Siluam incorruptam . tunc germina desinit arbor
Fundere . datq; suas volitare per æra frondes
In tres tende pedes mortaria: contineat tres
Pistillus cubitos: pedibus quoq; confice septem
Temonem . qui si fuerit protentus in octo
Dinctibi malleolus crebros formetur in ictus.
Palmarumq; trium rota sit . varijsq; repone
Ligna effincta modis . validamq; in montibus altis
Dugre vel effuso campi super equore primum
Ac stiuam compone manum qua firmet arator
Temoni cuneis dentaliq; alliget imo
Torqueat ⁊ fortes illa durante iuuenços.
Binaq; p̄ terea tectis seruentur aratra.
Sic melius . nam si casu discinditur vnum
Restat adhuc aliud validos agitare iuuenços.
Temonem ex vlnio . viridi seu confice lauro
Stiuam sit ex prino . dura dentalia quercu.
Duc in aratra bouem nono qui viuat in anno
Apta ætas operi matura est . franget aratrum
Bos iuuenis . minitans iuuenili prælia cornu
Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet
Dugre quater decies annorum ætate bubulcum.

Quadrifidus panis et offellas cesus in octo
Sic cibus huic. recto sulcabit vomere terram
Si maturus erit. studium intermittere arandi
Junior. aspiciensq; pares etate colonos
Ibit ad hos ludosq; ciet lasciua iuuentus
Ergo non melior iuuenis nec semina versę
Sparge humi : quantum terre mēsurā requirit
Contemplare etiam cum grus e nubibus altis
Assiduos agit at clangores : nunciat imbrem
Venturamq; hyemem tempusq; indicat arandi.
Angit et illius mentem cui nulla boum spes
Tunc redeant feni plene ad p̄sepia tauri
Tunc proprios operare boues et plaustra. sed inquis
Non habeo. dabit hic. facile petere atq; negare.
Dentis inops alius. quid enim componere curram
Tunc volet ignarus non nouit q̄tus in illo
Sic labor et centum compagibus insita ligna
Que debent multo ante domi prouisa reponi
P̄terea cum tempus adest rescindere campum
Fortius insistas operi exercere ministros.
Nam vertenda duplex tibi sicca atq; humida tellus.
Uere nouo veniant celeres ad aratra iuueni
Fertilis z grauida culmus procumbit arista.
Neu te decipiat cum semina colligit etas.
Sic noua cui studeas tellus nec aratra quotannis.
Terra recens large natis alimenta parabit
Plutonem in primis venerare atq; annua sacre
Vota refert cereri cum stiuę innixus agendo
Incipis exercere boues stimuloq; fatigas.
Sic immensa tibi surgent cerealia dona.

Semina cum terrę cōmittis. pone sequatur
Seruulus: atq; auibus raſtro ſata læta recondat
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.
Leditur aduerſo qui negligit omnia fato
Si ſit pingue ſolum: grauide inclinantur ariſtę.
Felicęq; operum ſucceſſus a ioue ſummo
Hinc capies. neq; ſub tectis extendit arachne
Fila. ſed immenſę replebunt horrea meſſes.
Tunc gaude ꝛ cani florentia tempora veris
Lætus agas. cum te caſſum crudelis egeſtas
Aſpicit. ꝛ parto turget domus. atq; aliena
Retibi non opus eſt. tua pluribus adiumentum.
Fit ſterilis tellus medio verſata ſub æſtu
Hincq; ſolo reſidens imas falcabis ariſtas
Auerſos religans culmos tenuisq; ſequetur
Spes vitę. pauci te mirabuntur ab agris
Parua ſub exiguo referenteꝛ farra caniſtro
Difficile interdum mutabile noſcere tempus.
Mobilis ꝛ varia eſt alti natura tonantis.
At ſi tardus aras tardus tibi ſolus amanti
Afferet auxiliũ ſi largis imbribus æther
Tres noctes totidemq; dies non ceſſat ab alto.
Donec repleat validi veſtigia tauri.
Tempore quo querna reſidens ſub arbore coccyꝛ
Exululat: gaudentq; hominum mortalia corda
Uere ſub aprico. ſic tardus forſitan eques
Qui tempeſtiuũ diuertit vomere terram
His intende animum. nec florida tempora veris
Te lateant. glacialis hęc ems tibi cognita ſurgat
In qua incumbendum eſt. nec te vlla taberna moretur

Aut narrata loco sub aprico fabula tardet,
Dum frigēt alij vir rem tamen impiger auget.
Surge igitur. nec te paupertas opprimat illo
Tempore. dira fames tenues facit esse lacertos
Elatosq; pedes: et crura tumentia multo
Sanguine. segnis inops. et spe suspensus inani
Inclinat mentem sceleri. et meditatur iniquos
Unde paret victus. hominem spes nutrit egentem
Irrita cui nihil est et tota luce vagatur
Dum media elapsa est estas: pperate ministri
Londite diccasulas nam semp non erit estas.
Aiano mēsem dictum caue. nubibus ille
Letalem bobus glaciemq; et frigora ducit.
Tracius insurgit boreas. et turbine facto
Disturbat maria ac campos siluamq; sonantem
Alticomas quercus annosaq; roborata pinus
Diruit ex alto et valles iaculatur ad imas.
Siluarum auditur fragor vndiq; sed fera duos
Arrigit ipsa pilos caudamq; in curribus angit.
Quin etiam quibus est nullis densissima pellis
Perforat ille quidem setosaq; pectora transit,
Nec se defendunt dura sub veste iuueni.
Et misere algescunt hysuto crine capelle
Vincit ouis boream instantem fultoq; repellit
Tegmine lanarum. sed non obsistitur illis
A senibus: curuo facit hos incedere collo.
Non tamen ad teneram penetrat boreale puellam
Frigus. at illa domi cui nondum nota libido
Matris apud charę gremium sedet. atq; hiemales
Non sentit glacies et tota nocte quiescit.

Atq; oleo teneras interdum perluit artus.
Tum polypo durum est gelidis habitare sub undis.
Nec videt unde sibi venetur in equore p̄dam
Alleuetq; famem. proprios tum deniq; in artus
Vertit atrox rabiem immensam. sic imbribus atris
Turbatur mare. sic atra caligine cælum
Sol quoq; ad ethyopas radios z lumina fundit
Rarus apud graios. fugiunt animalia curui
Dore senis valles imas. et dente trementi
Concaua saxa petunt nemorum tenebrosa q; tecta
Tunc quoq; ne noccant hyemes tibi protegat artus
Dollis lena tuos. cui texta ex ordine recto
Pauca sed aduerso ducantur plurima fila.
Sitq; ea crure tenus. vetat hæc per corpora setas
Surgere z instanti phibet durefcere vento.
Tegmina sint pedibus taurorum e pelle cothurni.
Nec nocet hos inflare pilis. vt frigora vincas
Edorum teneras neruo bouis insue pelles.
Ac dorso suspende. tegant capita alta galeri
Ne madeant aures. borea spirante cauendum est.
Frigoribus tunc ros cælo diffusus ab alto
Intus alit cererem sacros operumq; labores.
Ille quidem vi ventorum e fluuijalibus undis
Tollitur in sublime z matutinus in agros
Desilit. interdum expectat tempora noctis.
Interdum borea nubes agitante procellas
Vertitur in ventosam hyemē. fuge prouidus illam
Acceleretur opus. pete tecta obstantia ventis
Ne forte obscuro nebularum infusus amictu
Immadeas. largosq; umbres pluat humida vestis.

Pascua tunc carpant quibus non pingua tauri
Qui pelevi labor. et longa sub nocte quiescunt.
Nutrimentum ingens. vobis vberima mando
Agricolę. faciliq; dies transire labore.
Nec seruanda tibi donec nox equa diebus
Atq; iterum fati committit semina terre.
At dum sexdecies sol arduus occidit vndis
Hibernum post solsticium sacrosq; relinquens
Oceani fluctus sublimi arcturus olympo
Exoritur primumq; cupit splendescere sidus.
Tunc vites incide noui neq; nuncia veris
Antiquos iterans quęstus pcedat hirundo.
Dum tamen imensos effundit pleias estus
Prosiliensq; vmbrosa petit plantaria limax
Tellure e sicca. tunc vinea nulla ligonem
Sentiat. ac celerent vncata falce ministri
Maturam in segetem. nec te pulcherrima tempe
Detineant segnem matutiniq; sopores.
Eya age rumpe moras. pelle oia segnia pelle
Dum vocat alma ceres. robustaq; collige farra
Pone domi quantum toto tibi sufficit anno
Hanc operi assurgens. operis pars tertia mane
Conficitur. labor haud grauis est de mane. viator
Longum liquit iter. taurosq; exercet arator.
Preterea sua dum scolymus florentia mittit
Bermia. et in ramis dulces resonare cicadę
Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis
Fit capra tunc mollis tunc sunt dulcissima vina
Feminaq; vrenti veneris prurigine corpus
Appetit insanos coitus. lassantur ab estu

Membra virum. tantumque potest vis ignea solis.
Tunc licet ardores gelida releuare sub vmbra
Fontis ad apricos latices. sempque fluentis
Burmur aque. faciles quam circum leniter aure
Aspirant zephyris plerumque agitantis illas.
Hic hylares letus cyathos et pocula sume
Bublina. ter infusa magis. que temperet vnda.
Hic tibi ab vberibus caprarum caseus adstet
Que nullos pascant fetus. hic lactea liba
Hic tibi siluestris ponatur caro iuuenque
Que nondum enixa est. hic mollior edulus adsit
Et iaceas saturus patula sub tegminis vmbra
Surge tamen. celo cum fulget orionis astrum
Tempus adest. cereri sacras terat area fruges
Ad ventos posita atque ingenti equata cylindro.
Hec nisi librate ducantur ad horrea messes
Postquam autem satis ad victum tibi contulit estas
Continuo cui nulla domus sit queque ministrum
Adde etiam ancillam. que sit sine prole. molestum est
Et graue seruitium illius: quam cura remordet.
Fatorum. blandire cani. panemque ministra
Peruigil ante fores sedet ille domumque tuetur
Dente rapax furique altis latratibus instat.
His propere exactis fenum paleasque reconde.
Hemionos quantum satis ac nutrire iuuenecos.
Inde laboranti requies prebenda colono
Tempus et exhaustis pariter iuga demere tauris
Dum tamen in media celi statione refulget
Syrus. orionque loco splendet eodem
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum.

Tunc uvas tenetro abscindens de corpore matrum
 Per bisquinq; dies tepido sub sole iacentes
 Pande. dies etiam molestant quinq; sub umbra.
 Dehinc torq. capiant vegetes. iocunda lyxi
 Munera. sed sidus cum deficit orionis
 Pleiadesq; hiadesq; cadunt meminisse iuuabit
 Protinus imp̄sso subuertere vomere terram.
 Stat tempestiuo cuncta exercere labori.
 Si tamen infestum iuuat ire per equos et alta
 Puppe vehi. moneo ne quando ab athlantide natao
 Orion sequitur totoq; excludit olym̄po
 Ut videas illas medio submegere ponto
 Nauigio incūbas: mare tunc tollentib; euris
 Obscurum vndosus iaculatur ad c̄thera fluctus
 Tunc igitur iaceant religatę ad littora puppes.
 Saporum nixę obicibus ne forte ruentes
 Discutiant venti. pateat pars ima carinę
 Ne pluuiam excipiens putri marcescat ab imbre.
 Instrumenta domi naualiaq; arma quiscant
 Pensa gubernandiq; exploret robora fumus.
 Interea ceteris sacros operare labores.
 Nec prozsus fugiendus ager. labatur in altum
 Equos amica ratis. dum non magis vnda tumescit
 Nec refruunt vasto sublati gurgite montes
 Vadat onusta tamen censu reditura supbo
 Hic meus ille quidem genitor dum paup egeret
 Errabat maria alta secans fluctusq; profundos
 Ille olim colidam cumam atq; ea litora linquens
 Appulit huc. non spe lucri cōmotus auara.
 Durum opus exercere inuisa vrgebat egestas

Ille vagus demum prope tempe heliconia sedem
Ascram incoluit celi in regione molesta.
Frigore nunc nimio nunc intolerabilis estu
Tempore quosq; suo iuuat exercere labores
Nauium ante omnes. cuius si te vlla remordet
Lura: placetq; altos sulcare per equora fluctus
Dum faciles spirant venti z furor ille quieuit.
Nec te inuisa fames alieno viuere parto
Logit z inuitus multorum debitor. extes
Vade. nec in cymba. sed te vehat ardua puppis
Ingentes referant census ingentia mercis
Pondera. p̄terea que sint aptissima nautis
Tempora narrandum est. q̄sq; mihi parua p̄ vndas
Vita fuit. vixq; ex illa tantum aulide cursus
Litus ad euboicum. sub qua omnis grecia quondam
Dum pelago defeuit h̄yemis conuenit in vnum
Et merito infandos fatum iuratur in hostes.
Inde mihi placuit nō longe ad chalcida cursus
Huc vbi magnanimum genus amphidamantis achiui
Constituunt populis certamina. z incluta quondam
Munera defuncti ponunt in honore parentis.
Hic ego me dulcis referentem premia cantus
Auratos meminī tripodas quos sponte dicaui
Musarum ante aras. quibus antra heliconia curę.
Ille vbi me primum dulcem docuere poesim.
Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit
Dicam aliquid tamen z varios pandam etheris vsus
Nec etiam nobis aspirauere camęne
Equora tuta legant instructo remige puppes
Cum deciesquinque est series exacta dierum

Estiuum post solsticium. ⁊ iam deficit estas.
Nam neq; tunc classes medio nec nauita ponto
Obuiitur. ni forte velit iouis alta potestas.
Aut deus ipsarumq; parens neptunus aquarum
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.
At lenes spirant zephiri tranquilla quiescunt
Equora. tunc celerem ventis committe carinam.
Uadat onusta tamen. reditum properare memento
Quam prius ipsa nouos fundunt uineta liquores.
Autūnumq; imbres. ⁊ hyems infausta procellis.
Aut notus insurgat pluuia rozantibus alis
Incumb atq; mari totumq; euoluat ab imo.
Exercent etiam studium nauale sub ipso
Uere nouo. cum se tam latus arbor ab alto
Induit in frondes. quantum vestigia cornix
Pandit humo dep̄ssa. silet tunc nabilis vnda
Ast ego nauigium graue tunc semperq; molestum
Crediderim. hoc natura homines leuitate nefanda
Subtrahere. agitant diuersa pericula fluctus.
Et tamen ire placet. q̄q; mors dura sub vndis.
Diuitie sunt vita hominum. atq; insanus habendi
Ardoz. ad hec animum germane intende parumper.
Concipe fraternos monitus. maria alta secando
Fac tecum ne cuncta uehas. maiora reserua
Nec nimis est oneranda ratis. sit ponderis equi
Quicquid in hac. durum est aduerso occurrere fato
Fluctibus in medijs. curtus discinditur omnis
Si grauius sup̄instat onus. seruare memento
Vensuram in rebus ⁊ idonea tempora ad vsus.
Lum p̄pe terdecies tibi vita elabitur annos.

Connubium maturum aderit decimumq; puella
Erigat z quartum sed quinto nubat. z illa
Virgo sit. atq; habitet ppe te. cui sedulus adstes
Sedulus inspicias artemq; vsuq; puellę.
Nec age. ludibrio ne te vicinia cantet.
Coniuge nil melius casta. nil turpius illa
Que venerem prurit sine fine z prostat ad omnes
Semper et exitio superimminet illa viroꝝ.
Nemo etiam fratris in amore equetur amicus.
At par si quis erit sit amandus tempore in omni.
Nulla ex te inceptuz fędus discordia soluat.
Mentiri scelus est. prestat compescere linguam.
Infandum si vim tibi quisq; inferret amicus.
Aut ore aut manib; surge z vlciscere. redde
Redde vicem duplicem. q; si illum penitet acti
Ac pgnam implorans iterum te exoptat amicum.
Suscipe. vile quidem est homines noua querere semp
Fędera amicitie. multos si frater amabis
Non laudo. nullos etiam. medium sit in isto.
Si tibi corda tument vultus non indicet iram.
Turpe sequi sceleratum hominem. maledicere cuiq;
Infandum est. qui iam vita laudatur honesta.
Nunq; a te nunq; misera obiurgetur egestas.
Diuinum donum est. diuumq; eterna voluntas
Illa quidem. que sepe viri sublimē molesta
Impedit ingeniumq; vetat supalta leuari.
Qui loquitur parce linguam nec in omnia soluit
Thesaurum p se gerit ille. ea gratia magna est.
Ut linguam moderes p sataq; verba loquaris.
Si quenq; verbo ledes lederis et ipse

Grata in amicorum venias conuiuia sumptu
Communi. dato particulam. gratissima sunt hęc.
Ac reioui vinum seu dñs de mane cauendum est
Illaura libare manu. tum vota p̄cando
Incassum fundes nulli exaudita deorum
Solis ad aspectum. nec quęq; mingere fas est
Flocte sub obscura. recto neq; corpore nudo
Flor quia sacra deis. media nec credimus illud
Posselicere via. si declinetur ab illa
Esse etiam vetitum diuis vir et omnia noscens
Verens parietibus sedet atq; exponit vrinam
Intus vbi orbatetenuis latet angulus aule
Nec coitu polluta sacros genitalia pandas
Ante ignes. neq; cum dulci tibi coniuge p̄stet
Concubium vt generes: dum mesto a funere tristi
Menteredis. superum sacra sed letus ab ara
Credimus inuisum superis semperq; molestum
Qui natat assiduo labentia flumina cursu.
Quam prius ablueritq; manus pia vota p̄cesq;
Fuderit ante ipsas supplexq; orauerit vndas.
Infandum ante aras yngues incidere cum dñs
Sacra facis. scelus cyathos imponere vasi
In quo vna latent. sacros operare lebetes.
Nil tibi cum in sacris etiam hinc lauisse nefandum est
Perfice tecta prius q̄ cornix garrula ab alto
Punciet atram hyemem ruit hęc inimica procellis
Fac sedeat bissex. quibus etas exigit annos
Aut totidem menses natozum cara propago
Sede sub instabili. inuat hoc omnęq; repellit
Segniciem. facit esse agiles et ad omnia promptus

Secundum aut turpe virum est thermis mulieribus uti
Hoc proorsus fugiendum etiam stat talibus atrium
Supplicium. ante aras superum obiurgare nefandum est
Sacra ministeria ac diuinas spernere cultus.
Nec licet in fluuio neque fontis mingere in vnda
Est quoque turpe aliud vitium. fuge pessima fame
Nomina. fama malum facile in sublime leuatur
Est graue sufferri nimium: nimiumque molestum.
Difficile ut taceat. nunquam delectabitur illa
Sedula que varias populi penetrauit ad aures.
Est dea fama quidem sunt ipsi numina fame.
Sit tibi propterea series seruanda dierum.
A iouenati omnes sunt a ioue tempora nata
Ultima mensis erit nullo exercenda labore
Hac genio utendum est. illa omnes festa per vrbes
Ducitur illa forum claudit neque iura resoluit.
Prima dies sacra est. et quarta et septima. prima
Natus apollo die radiantia lumina fudit.
Luce domum quarta felix ducenda sit vxor.
Domine captato. sunt omnia prospera rebus.
Et licet in curuam trabibus componere nauim.
At quintam fuge namque illarum pallidus ortus
Tum dire eumenidum facies toto orbe vagantur
Castigant si qua in terris periuria falsum
Affirmant que lis alterne agitata creauit.
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum.
Leta viris. multi que etiam nascuntur in illa
Quis mala mens fallax animus fallacia verba
Et qui concubia exercent arcana per artem
Haec conuium setus licitum castrare vel heredos

Et licet infixa pecudes circū dare manda
Scindimus octaua forti genitalia tauro
Castramusq; sues. felix est ponere plantas
Flona. viros gigni vel amica sorte puellas.
Luce viris decima fausto quoq; credimus ortus
Unaq; post decimam felix incidere vires.
Et in pestiuam segeti supponere falcem
Hoc curat bissexta etiam felicioz illa
Stamina. et ex alto tenuissima torquet arachne.
Ingentem accumulauit formicę farris aceruus
Et iuuat arguto percurrere pectine telas.
Tunc quoq; siluestres licitum castrare iuuenkos.
Tercia post decimam plātaribus optima surgit
Spargere semen humi pallet contraria semper
Quartaq; post decimam mulierum prospera natu.
Ac p̄sosos domitare boues validosq; labori
Demionos canibus faciles adiungere cultus.
Et leuire manu pecudiq; imponere mores.
Atq; aperire cados et dulcia fundere vina
Sextaq; post decimam plantaribus inuida surgit.
Opportuna viros nasci sed iniqua puellas
Aut nasci aut thalamos petere atq; herere maritis
Septima post decimā cereris terat ordea sacre
Ingentemq; licet ferro discindere siluam.
Ac varias aptare trabes quibus ardua tecta
Voliri aut structam possis agitare carinam
Flonaq; post decimam felix est cum dea surgit
Lutea. sed medium cęli cum venit in orbem
Fit grauis ex media ad finem letissima fulgit.
Proxima lux sapientem hominem diuina creandi

Insigni viget officio. nec luce dolendum est
Post illam quarta: sacra est ea. leta trahantur
Baudia. quinta dies post hanc iuga curua iuuençis
Ponit z hemionos z colla exercet equorum.
Altaq; veliuolas deducit ad equora puppes.
Et noua componit dulci sua vasa lygo.
Quam pauci nouere z recto nomine dicunt.
Sunt harum humano genere seruanda dierum
Tempora quippe illud magnis successibus augent.
Sunt alię ancipitesq; tamen sine mente neq; vllõ
Officio excellent hanc alter laudat et illam
At paucis natura illarum cognita surgit.
Nam tunc ipsa dies totum complectitur orbem
Mozepię matris. seque modo moze nouereq;
Nunc fulget nunc atra latet. felixq; beatus
Ille quidem. qui dijs gratus cui cognita sunt hæc
Omniaq; inspiciens rerum se exercet ad vsus.

Liber georgicorum. Nicolai de valle finit feliciter.
Impressus Dauentrię per me Jacobum de Breda
Anno. M. cccc. xciij.

